



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Divi Bambergenses S. Henricvs Imperator S. Kvnegvndis  
Imperatrix S. Otho Episcopvs**

**Gretser, Jacob**

**Ingolstadii, 1611**

XIV. Literæ Patriarchæ Aquileiensis ad Henricum Episcopum  
Wirzpurensem.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-41527**

Quæ, quoniam iusta, & rationabiles causæ videbantur, eiusdem augustissimi, & inuictissimi Regi petitionibus acquiescens, cum communi cleri suis atq; militum, nec non totius populi consilio & consensu, præsum locum cum prædicto pago, tribus parochianis Ecclesiis exceptis, cum suis adiacentibus, quarum hæc sunt nomina, VVachenrode, Lonerstat, Mülehufen, omni postmodum remota contradictione, suæ potestati tradidit. Alterius autem pagi, qui Volfeld vocatur, in quo præsum locus situs est, partem eidem Regi concessit, quantum est de Babenberch ad flumen Vraba; de Vraba in Ratenzam flumen, & sic iuxta decursum eiusdem fluminis in \* Moen, & inde ad riuum VVichibach; deinde ad caput eiusdem riuum, sicq; quæ citissimè, & proximè perueniri potest ad Vraba. Actum in ciuitate VVirzelurgensi, præsen- te serenissimo Imperatore HEINRICO, ea conditione, ut decimam in noualibus iam incisis, & ad \* mansum mensuratis cum veteri decima non com- mutata, VVirzelburgensis Ecclesia retineat. In noualibus vero post hinc ex- colendis decimam Babenbergensis Ecclesia posseideat cum termino com- mutato.

\* Mansus seu

mansum, fun-  
dus, prædium,  
hereditum.

## C A P V T X I V.

Literæ Patriarchæ Aquileiensis ad Hen-  
ricum Episcopum VVirzelbur-  
gensem.

Litteræ Patri-  
archæ Aqui-  
leensis: de quo  
infra istidem  
menio, &bi de  
Bambergensis  
Ecclesia dedi-  
catione agitur.



Ed & Ioannes Aquileiensis Patriarcha opus tam laudabile Regis excellentissimi, & piæ erga Christum deuotionem toto affectu amplectens Heinrico Episcopo VVirzelburgensi gratulatio- nis plenam scripsit Epistolam.

Beatisimmo Domino & sincera charitate diligendo Heinrico sanctæ VVirzelburgensis Ecclesiæ Episcopo venerabilis, Ioannes Aquileiensis Ecclesiæ Patriarcha cum omnibus suæ diœcœos Episcopis, fratrem dictionem in eo, qui prior dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis, Iesu Christo Do- mino nostro.

Licet, reuerende frater fraternæ dilectionis cura nos admoneat, ut in omnibus operibus bonis quæ conditor humani generis misericorditer ad sa- lutem quotidie disponit, immensas gratiarum actiones ipsi agere debeamus:

quando-

quando cum tamen vel ubicum ex proiectu sanctae Ecclesie, vel eius exaltatione, locatione, nos aliquid magnifici operis audire contigerit, immensae devotionis affectu, & spiritualis exultationis effectu illum laudare, benedicere & predicare debemus, cuius haec dona sunt, & a quo bona cuncta, ineffabiliter procedunt. Qui inter innumerabilia semperne dignationis sacramenta ea & in suorum cordibus Principam dicit, quae ad multorum exemplum, & salutem profutura procurat.

In quibus vnum est, quod nuper diuinitus factum, maximam mentibus nostris letitiam generavit. Audiimus, quod Dominus noster HEINRICVS gloriofissimus & inuictissimus Rex, diuina sibi inspirante gratia, ex suis prediis, & paterna hereditate, in loco, qui dicitur Babenberg Episcopatum in honore beatissimi Petri Apostolorum Principis constituerit, & commutatione facta, dignè & legaliter cum Ecclesia vestra, partem quan-  
dam ex eius dioecesi acquisuit: atq; hoc concubium Apostolicæ sedis priuilegio corroborauit. Quod quidem eximium, & laudabile opus, & eius dignissimam liberalitatem, & vestram charitatem satis egregie predicabilem commendat; cum & suum est, per operationem; & vestrum sit per dilectionem.

In quo omnipotenti Deo immensas gratias referimus, ad cuius inestimabilem gloriam spectat, quod per Regem nostrum HEINRICVM, bonum & fidelem ministrum suum, fundatissimam pacem omnibus Ecclesiis præstat, & insuper nouam format Ecclesiam, per quam & de inimico humani generis in vicinas Selauorum gentes, Deo opitulante, triumphabit, & innumerabilem familiam per lauacrum regenerationis sibi multiplicabit.

Nos autem cum omnibus nostris diœcésos Episcopis hoc diuinum opus in commune laudamus, atq; in eo iuste consentientes, & subter conscriben-  
tes, in perpetuum valere confirmamus.

### C A P V T X V .

*Literæ S. Henrici de erecto abs se Episcopatu  
Bambergenſi.*

**E**INRICVS diuina præordinante clementia Rex omnibus Ecclesiæ filius tam futuris, quam presentibus. Saluberrimus sacri eloquij institutionibus eruditus, & præmonitus, ut temporalia relinquentes bona, & terrena postponentes

C 2 commoda,